

Qk. 332, 2

U 1993638

EPITHALAMIA

Za  
3864

IN HONOREM

NVPTIARVM INTE-

GERRIMI VIRI, MICHAELIS

Brommeri, cuius Lipsiensis, Sponsi,

ET

PV DICISSIMÆ VIR-

GINIS MARIAE, ORNATISSI-

MI VIRI HIERONYMI VVECKII,

cuius Eylenburgensis, filia, Sponsæ.

*Celebratum IX. Cal. Decembr.*

*Anno M. D. LXXXV.*

Ab amicis scripta.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

LIPSIÆ,

IMPRIMEBAT IOHANNES

STEINMAN.



Pompa videnda mihi quæ fertur digna relatu?

Quos bibo dulciloquos auribus ecce sonos?

En nostris astant oculis Heliconis alumnae,

Quarum connubij pars modulatur opus:

Pars commixta rosis intexitserta capillis,

Cynthius in medio regnat utrumq; chorum.

Namq; nitens virgo, cui nobile nomen amoris,

Cyprigena pueri præpetis arma canit.

Proxima Calliope blandas, quæ corda duorum

Junxerunt, voces sæpe reportat eas.

Tertia cantando Sponsi, polyhymnia, vitam,

Et nuptæ celebris nomen & omen adit.

Quarta mouens Cytharam, iuuenum ducente cho-

Turba, Mæoniû carmen ab arte canit. (reas

Huic comes Euterpe, cuius contrita labellis

Excultos fundit tibia docta modos.

Deniq; Melpomene tædas sonat ore iugales,

In Sponsi Sponsam ducit amica thorum.

Colligit auricomas, tenerûm quas protulit ingens

Hortus Hamadryadum, casta Thalia rosas.

His admiscet onans viridantis germina lauri

Clio: fertq; potens munus Apollo suum.

Quo

Quo manus Vrania, ducentis nomen ab astris,  
Formosum sero cingit olente caput.

Forſitan hinc quæras: Genialis fœdera lecti (ſubit.

Quis noua ſponſus amans, quæ noua ſponſa  
En Brummere tibi ſociantur carmina neruis,

Et venit in thalamum per mihi chara ſoror.

Ergo nec immeritò veſtro nunc grator honori,

Gratulor, & vobis proſpera quæq; precor.

Vobis cunctipotens faciat rata fœdera Chriſtus,

Prouehat & veſtrum Spiritus ipſe thorum.

Connubij repleant caſti tot pignora menſam,

Quotquot ab æthereis ſidera clara nitent.

Nomine ſic celfus veſtro ferietur olympus,

Laudis & eximia fama perennis erit.

Vive, valeq; diu pylios, Brummere, per annos

Cum eoſq; ſoror, vive valeq; diu.

S. A.

Georgius Vuckius  
Eylenburgenſis.

A 2

CRA-

Sole sed astriferi feriente cacumina Cæli,  
Occurrit celebrum docta caterua virum,  
Timpana pulsantur, suumq; reddunt  
Rauca sub excelsis turribus æra sonum.

Inclitus hoc voluit vates, hoc somnia vatis.

Ergo tibi Michaël prospera cuncta precor,

Quod thalami sociam nactus amabile,

Quæ forma, pietate, Solis instar,

Prestat lactea virgines

Grator tibiq; sponsa

Ingeniosum,

Nacta maritum,

Cuius adæquat

Astra tenentis

Virtus Iouis colenda.

Tandem, quod superest, precor

Pax vestrum subeat thorum quieta,

Ac soboles, munus, sit numerosa, Dei.

Deniq; Nestoreos postquã duxistis in annos

Vitam fœlicem, nitidi repetatis astra Cæli,

Cura sit interea superis rogo mutua vestri.

Cum casta claro de sanguine v necky vltaria  
Dixerat, Et spissis umbris se visa recodunt.

Fabianus Hippus

C R A T E R P

VentrIs VbI PhœbVs CetI spaCiosa rapacIs,  
IgnlCo Mans aLbIs teCta sVbIbat eqVIs,  
Mulcebatq; meos quies ocellos,  
Latificâre animum talia visa meum.

Hortus Hamadriadū mea lumina pavit amœnus,  
In medio Nymphis area grata fuit.  
Ecce Virum cultu Phœbus amabilem  
Ornabat, niveam Venus puellam.

Hippocrinisatum Chorus  
Horum comas iuvabat

Nectere Lauro,  
Quos Hymenæ  
Voce ferebat  
Letus ad astra.

Hæc ergo sciscitabar,  
Quare Pieridum cohors  
Fungatur Veneri pudica turpi,  
Tunc nobis Erato talia prodidit:  
Integritate, scias, & probitate Virum  
Brummerum tadas thalami subiisse iugales  
Cum casta claro de sanguine Vneckij Maria  
Dixerat, & spissis umbris se visa recodunt.

Curas sit interea superis rogo mutua vestri.

P I E R I D U M

Hippius Stolpenensis.

ALIVD.

EST superis pietas virtus gratissima, virtus  
Quæ superis homines assimilare potest.  
Præmia cultori confert hæc maxima, vitæ,  
Qui colit hanc, multis affluet ipse bonis.  
Hac tibi nulla prior, studio hanc pie Sponse colebas  
Perpetuo, pietas semper in ore tibi.  
Ergo tibi tribuit votis, quoq; præmia dudum  
Exoptata, tibi dum pia Virgo datur.  
Illa DEVM, pietatis amans, veneratur honore,  
Quo docet & fundit nocte dieque preces.  
Exuperat Cyanen præstanti corpore Nympham,  
Hanc sibi pro Daphne vellet Apollo dari.  
O nimium felix, ô terq; quaterq; beatus,  
Sponse, tuum castè quod tulit illa thorum.  
Munera dent alij, gemmas fuluumq; metallum,  
Aut quæ dona legit Sole perustus Arabs.  
His ego cum caream, mea sint pro munere vota.  
Vota precesque mouent, qui regit astra, DEVM.  
Conditor omnipotens rerum quas cernimus vsquam,  
Quas mare, quas aër, totus & orbis habet.  
Alma maritales cuius sapientia leges  
Sanciuit, ceu nos pagina sacra docet.  
Ut mas & coniunx thalamo fruerentur eodem,  
Atque datam colerent vt sine labe fidem,  
Connubijq; suos vt ferrent foedera fructus,  
Cresceret humanum qua ratione genus.  
Ecce novos sacram Sponsos comitamur ad aram,  
Vnanimè dabimus vota precesq; tibi.  
Atque tuum tædis petimus præsentibus omnes  
Auxilium, facias pondus habere preces.

Nam

Nam sibi nemo potest faustum promittere lectum,  
Quem nisi tu dederis, nullus in orbe dabit.  
Ergo bea pactum thalami feliciter huius,  
Foedera tu firma, tu quoq; iunge manus.  
Et quæ promittis sponsis dare præmia castis,  
Huic quoque digneris contribuisse thoro.  
Sint animis ambo puris, & corpore salui,  
Fac ut onus vitæ te releuante ferant,  
Felices uiuant lecto concorditer vno,  
Custus enim castos consociauit amor,  
Muniat illorum talis Concordia mentes,  
Qualis & in Pyrrha & Deucalione fuit.  
Gargara quot segetes habet, & Methymna racemos,  
Et quot Ericæus nutrit Hymettus apes.  
Commoda tot sponsus videant & sponsa, molestant  
Foedera connubij iurgia nulla pij.  
Exuperet Pylios annos Brummerus, & eius  
Coniux Cumææ secula longa nurus.  
Sit foecunda Domus, foecundi palmatis instar,  
Multiplicem sobolem cernat vterq; parens.

*Valentinus Streittius*  
*Lipsiensis.*

ALIVD.

# ALIVD.

**Q**uicumq; relinquens cœlibem Ergo tibi nunc comprecor  
Vitam subit connubium, Felicitatis tempora,  
Fruiq; iunctus coniugi Tuasq; gratulor tibi  
Amore gaudet mutuo: Vento secundo nuptias.  
Is implet ordinem Dei, Aura beatus vescere  
Qui dixit, esse non bonum Tuamq; costam dilige  
Consorte vitæ nobilis Ex pectoris recessibus,  
Carere iucunda virum. Vt flamma certet mutua.  
Nunc ergo, Brummer optime, Vestram Carinam diligat,  
Dei secutus ordinem Qui temperat mundū Deus.  
Vita relicta cœlibe Vt nulla turbet Coniuges  
Thori subintrat copulam. Procella sortis aspera.  
Subis secundo Nuptias Quot gignit autumnus ferax  
Castissima cum virgine Clari Lycæi munera,  
Suavi Maria amabili, Tot comprecor vobis bona  
Quæ mentis excellit bonis. Vt vita vestra rideat.


Balthasar Stiller  
Lipsiensis.

Venerabilis Brummer  
Lipsiensis

Za 3864 QK

ALIVD.

m. 15



41993638

Za  
3864

THALAMIA  
ONOREM  
ARVM INTE-  
VIRI, MICHAELIS  
ciuis Lipsiensis, Sponsi,  
ET  
ISSIMÆ VIR-  
RIAE, ORNATISSI-  
HIERONYMI VVECKII,  
enburgensis, filia, Sponsæ.

n IX. Cal. Decembr.  
M. D. LXXXV.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

amicis scripta.  
IPSIÆ,  
EBAT IOHANNES  
TEINMAN.

